

tur angulus contingentiae possit diuidi, siquidem per lineam rectam secari nequeat? vt ostendit Euclides in propos. 15. lib. 3. cum tamē necesse sit eum diuidi, quatenus est pars superficiei: superficies enim & omne continuum in infinitū diuidi potest. Respondendum est, angulum contingentiae diuidi perimetris circulo-
rū quantitate differentibus: sic enim diuiditur à quantitate eiusdem generis. Huc spectat, quod refert Simplicius ad cōtextum vndecimum primi Physicorum, se subinde cum praeceptore suo Ammonio disputasse de proportione numerorum & magnitudinis, item de proportione curui & recti: sed Ammonium strenue negasse, quod in omnibus eadem sit proportio. Verba Simplicii hæc sunt. ἔλεγε δὲ ὁ ἡμέτερος καθηγμενὸν Ἀμμώνιος, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον ἴσως, εἰ ἐπ' ἀειθμῶ ἐυρέθη τὸ το, καὶ ὅτι μεγεθῶν εὐείσκεισθαι. ἀνομοιογενῆ γὰρ μέγεθη εἶναι, εὐθεία, καὶ περιφέρεια. καὶ ἔδεν φησι θαυμαστὸν, μὴ εὐρεθῆναι κύκλῳ εὐθύγραμμον ἴσον, εἴπερ καὶ ὅτι τῶν γωνιῶν εὐείσκεισθαι τὸ το. ἔτε γὰρ τῆ τῶ ἡμικυκλίου γωνία, ἔτε τῆ λοιπῆ εἰς τὴν ὀρθὴν, τῆ κερατοειδῆ λεγομένη, γένοιτο αὖ εὐθύγραμμος ἴση γωνία. καὶ ἀπὸ τῶ το ἴσως φησὶ καὶ ὑπὸ ἔτι κλεινῶν ἀνδρῶν ζητηθῆναι θεώρημα, ἃ χειρὶ νῦν ἔχει εὐρέθη, ἔδεν ὑπὸ αὐτῶ Ἀρχιμήδους. hoc est, Dicebat autem noster praeceptor Ammonius, quod non necessarium fortassis esset, si in numero inueniatur hoc, etiam in magnitudinibus inueniri. sunt enim diuersi generis magnitudines, recta, & circumferētia, & nihil, ait, mirum est, non inueniri circulo rectilineū æquale: siquidem etiam in angulis hoc deprehendimus: neque enim angulo semicirculi, neq; reliquo ad
rectam